



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

24. Aprilis. Nolo in iis, qui præsunt, animi motus, ira potissimum extinctos, planéque mortuos, sed probè domitos. S. Ignat. vitæ l. 3. n. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

ter, plus de te, quàm ulla mater de filio sollicita.

Premi te sinit, & multùm & diu, quòd multùm amat. premit, ut meritorum cursum augeat, & præmium, quod otiosorum posset, bene merenti conferat.

Premi te sinit, ut tuum amorem accendat, & spem experiatur. Vide, ne suâ Deum fraudes expectatione. Spera, multùm spera. Spei quippe magnitudo est obtinentium mensura gratiarum.

24. Aprilis.

Nolo in iis, qui præsunt, animi motus, potissimum extinctos, planèque mortuos, sed probè domitos. S. Ignat. vitæ l. 3. n. 46.

Etiam venena profunt ritè attemperata. Usus rem bonam vel malam facit. Irâ rectè hâbitâ, nihil laudabilius, eâ moderari, non est virtus, sed languor, & segnitudo.

Ira est Reipublicæ & omnis communitatis fulcrum, sine qua disciplinæ sollicitudo, laxitas morum, libertas, scelerum impunitas, audacia, oriuntur.

Affectibus uti debemus, prout Dominus servis; subesse debent rationis imperio, non præesse, officio suo fungi, vel deficiere.

de filioli
iu, q
um cur
otioso
rem acc
suâ De
ultum
btinen

debent, non prout volunt, sed prout jubentur ; ubi dominatur ratio , servit ira, hæc dum servit, bona est.

Qui malis irasci nescit , cùm deberet, præcipuam regiminis partem negligit: qui parcit scelestis, crudelissimè sævit, uni blanditur, omnibus nocet. Rei pater, communitatis tyrannus.

25. Aprilis.

*Quidquid aliunde, quàm à Deo, & ratione
Instituti tui dicitur , tentatio est, suspet-
ta res esto. S. Ignat. apud Nolar.*

Quantùm fabrica declinat à regula, tantùm inclinatur ad interitum. Regula est cui accommodari debent omnia. Cæterùm non erigitur ædificium, sed cumulus paratur ad ruinam. Idem esto de spiritali vitæ fabrica iudicium.

Regula sit norma vitæ , sit singularum actionum amassis. Ut enim errat, & nobilis etiam structuræ decorem tollit, quisquis à regula exerrat lapis : ita quævis actio regulæ difformis ordinem impedit: dedecori est, non utilitati.

Nec à vulgi opinione patrocinium quære : peccat facilè multitudo: ponderanda